

10 Quamquam Tyranorum civitas oregonem | dati beneficii non ostendat,
nec facile quae | per errorem aut licentiam usurpata sunt, prae|scriptione
temporis confirmentur, tamen, quoniam divi Antonini parentis nostri² lit-
15 te|ras sed et fratrum imperatorum³ cogitamus, item | Antonii Hiberi gra-
vissimi praesidis, quod attinet | ad ipsos Tyranos quique ab iis secundum
leges | eorum in numerum civium adsumpti sunt, ex pri|stino more nihil
mutari volumus. Retineant | igitur quaquam ratione quaesitam sive pos-
20 sessam | privilegii causam, in promeritalibus quoque re|bus, quas tamen
pristino more professionibus | ad discernenda munifica mercimoniorum
eden|das esse meminerint. Sed cum Illyrici fructum⁴ | per ambitionem
25 deminui non oporteat, sciant | eos, qui posthac fuerint adsumpti, fructum |
immunitatis ita demum habituros, si eos legatus | et amicus noster v. c.
iure civitatis dignos esse, de|creto pronuntiaverit. Quos credimus satis
30 a|bunde quae (sic) sibi consultum, si grati fuerint, existi|maturos, quod,
origine beneficii non quaesi|ta, dignos honore cives fieri praeceperimus. |

^{Ῥοῦτίνιος Τέρτυλλος}⁵ ἄρχουσι βουλῇ δὴ|μῶ Τυρανῶν χαίρειν. |
35 Ἀντίγραφον τῶν θείων γραμμιάτων, πεμ|φθέντων μοι ὑπὸ τῶν κυρίων
ἡμῶν ἀνε|κλήτων καὶ εὐτυχεστάτων αὐτοκρατόρων, | τούτοις μου τοῖς
γράμμασιν προέταξα, ὅ|πως γρόντες τὴν θείαν εἰς ὑμᾶς μεγαλο|δω-
40 ρίαν τῆ μεγάλης αὐτῶν τύχῃ εὐχαριστή|σητε. Ἐρῶσθαι ὑμᾶς καὶ
εὐτυχεῖν πολλοῖς ἔτεσιν εὐχομαι.

Ἀπεδόθη πρὸ | γ' καλανδῶν Μαρτίων, Ἀηγεῶνος⁶ ἡ'. | Ἀνε-
στάθη ἐπὶ Μουκιανοῦ καὶ Φαβιανοῦ ὑπάτων⁷ ἐν τῷ ἐμῷ ἔτει⁸, |
45 ἀρχῆς II. Αἰλίου Καλπουρνίου.

Rep. in ripa fluminis Tyrae (hodie Dniestr), loco ab Akerman, ubi videtur fuisse civitas Tyras, aliquantum distante, est Odessae (III 784; Latyschew inscr. orae septentr. Ponti Eux. I p. 10 tab. I). Leguntur in hac tabula epistulae Severi et Caracallae confirmanes immunitatem a portoriis (cf. not. 4), qua Tyrani fuebantur, prior acephala nescio ad quem scripta, altera scripta ad Heraclitum (fortasse procuratorem); sequitur epistula legati provinciae Moesiae inferioris ad Tyranos, qua eis rescripta imperatorum transmittit. — 1) Principium prioris epistulae, ad sensum fere, explevit Mo. — 2) Intellegitur Pius. — 3) Marcus et Verus. — 4) Illyricum appellabatur vectigal portorii provinciarum imperii Romani Danuvianarum teste Appiano Illyr. 6, conlatis inscriptionibus compluribus; cf. Marquardt Staatsr. II² 274. 275. Quod immunes fuerint ab hoc portorio, sine dubio Tyrani retinuerant ex temporibus quibus nondum Romanis fuerunt subiecti (cf. quae dixi Herm. vol. 49, 550). — 5) Ovinus Tertullus legatus fuit provinciae Moesiae inferioris (Dig. 49, 45, 9; miliarii Moesici III S. 7602—7604). — 6) Mensis anni Milesii, quo utebantur Tyrani utpote coloni Milesiorum. — 7) 17 Febr. 201. — 8) Annus CXLV aerae Tyranae. Intellegitur ex hoc titulo et ex altero, quem edidit Latyschew inscr. orae septentr. Ponti Euxini I p. 8, Tyranos annos numerasse ab a. qui fuit p. C. 57. Videntur eo anno imperio Romano accessisse (cf. Borghesi opp. 8 p. 427).

424 imp. Caes. divi M. Antonini Pii Germ. Sarm. filius, divi Com-
modi frater, divi Antonini Pii nep., divi Hadriani pronep., divi Traiani